

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292

Servetus, Michael

[S.l.], 1531

Liber VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

LIBER VII. 110.

ctificet: nec exigitz sic definitio quid itativa, nam
de genere motus est vox spiritus, quasi motus in pe-
tus et halitus, et quia sic movendo Christo-
credentes, sanctificat Deus: ideo dicitur, spiritus in
nomine sanctus, et ex fide Christi.

LIBER VII.

De filiatione in divinis, et Christi Divi-
nitate, et verbi hypostasi, solent moveri qua-
stiones, quas ego paucis absolvo. Ab initio fuisse
dico filiationem in divinis, non realem, sed personalem
verbum erat filius, non realis, sed personalis erat fi-
lius, quatenus erat Christi persona, nec un-
quam in scriptura filius vocatur, sed Christo
attribuitur aeterna generationis ratio, et ea qua
erant in lege, erant umbra corporis Christi. Aliqui
tamen emanationem notitiae seu verbi ab intellectu
divino per modum filiationis emanantis, sic som-
niant, sed sua somnia parum conuincunt, nisi ver-
bum fuisse realem filium scripturis probent, et ema-
nationes istae reliquiae sunt ex valentinianis emissio-
nibus derelictae emissiones illae seu emanationes in-
finitae mathematicae sunt, et scripturis ignotae,
et emanationis vocabulum, quid philosophicum

sa =

DE VERBIS

scilicet quod intra Deum naturam cadere non potest, id enim
quod emanavit à Deo, est ipse Christus qui
exivit à patre. At in Deo ad intra nulli sunt exitus
nec emanationes, sed erat Christus in mente
divina praeformatus, erat quidam modus se habendi
quem in seipso Deus disposuit, ut seipsum nobis pate-
faceret, scilicet per Christi effigiem in se-
ipso describendo, nam totum hoc ad Christi
gloriam explicandam fuit praedeterminatum. Et Jua-
nes non dixit verbum emanasse à Deo, sed erat in
Deo, et Deus erat verbum. Hec logos rationem
significat, scilicet interiorum illam et philosophi-

Logos dicitur eam intellectus, notitiam seu mentis conceptum, ut
si ratio aliqui imaginariè dicunt. Sed dicitur logos dicendi
rationem vocalem rationem significat quasi oris ratio-
emulationem, secundum naturam Verbi $\lambda\epsilon\gamma\omega\varsigma$. Hec
unquam aliter pro ratione apud probata lingua
graecos reperitur, quod nota perpetuo, nam in sola
verabili, logos, imaginaria ratione consistit dece-
ptio, et cogito bene, quid proprie significet verbum
 $\lambda\epsilon\gamma\omega\varsigma$. et videbis esse oraculum, de quo supra me-
mini.

Finis dispositio. Atque false imaginatio ex oeconomia divina in-
tionis verbi stultis cognoscitur: nam illa Verbi ratione ex vero
ut seipsum bene placito usus est Deus ad hoc, ut seipsum nobis
manifestet.

potest fa-

pate fecerent, sicut sub ea olim se (obscure tamen) pa-
 refacit, erat enim visibile verbum, ad quod omnia re-
 spectit Joannes, statim subjiciens, Deum nemo vidit
 unquam: narravit enim veteris Testamenti processum
 Moysen Christo comparando, et tu, nisi ad
 vetus Testamentum respicias, nunquam intelliges no-
 vum, quod ex veteri totaliter oritur. Sed quid alias
 probationes quaro cum ostentum sit libro praeco-
 denti, tales prophetarum noticias nihil esse, sed
 mathematicas imaginative delusiones, et haec ra-
 tio erit cuilibet viro sensato fortissima ut necesse hie
 fiet faciem Elohim speculari. Erat igitur oraculum
 Dei hypostasis, Christi persona, hunc illud,
 quod ipsi soli Deo erat filius, quia apud ipsum so-
 lum erat verbum hoc: nobis tamen solus Fili-
 us dicitur filius, res erat nobis futura sed Deo
 nihil est futurum: rei nobis futura erat in Deo cha-
 racter, ac si rem, quae non est, sed eras erit in specu-
 lo nunc viderem. Haec enim est altitudo et profun-
 ditas oeconomiae divinae, et verbum, quod prius
 erat apud Deum, et nobis factum filius. Et nihil in-
 terest, etiam si dicas, quod erat apud Deum filius,
 immo dicas, quod erat apud Deum Christus,
 qui post venit et incarnatus est.

Dei latens in Christo et majori plenitudini

Ad secun-
dam quastio-
nem.

DE TRINITATE

ne qua ex cogitari possit, semper nititur Paulus
bis aperire, sed non per illam metaphysici filiquis-
nem. Quorsum enim exclamaret Apostolus tantam
in Christo plenitudinem et latitudinem, im-
pervestigabilem divinitatis claritatem divinitas, glo-
riam etc. Quis tantis opus fuisset, nisi dicere quod
ille secunda res erat Christo carnaliter unita,
quod tamen scripturis nunquam est auditum. Si
ergo bene Consideres, Pauli in vestigatio suam me-
taphysicam damnat. Quam rem, ut melius decla-
rem, parum de divinitate imaginationum originem
ne feram.

Paulus de Samozeta ante Arrianos philosophos
et trinitarios, Christi mysteriorum, qui in he-
brarissimas Graecis latent, peritus ignarus, simplicem hominem
Aristotelis non secum, qui tunc primum et non antea fuerit,
fermentum et Christum afferens, philosophos graecos,
hebraice etiam ignaros, et Aristotelica contagione
linguae ignorantia infectos, scandalizavit, eosq. in coelum sine aliis
nos Christo priva- ascendere coegit, ubi divinitates venari quilibet
runt. sensu coepit, illicq. in numerum hereticorum orta
turba: at puto fuisse divinae punitionis indicium et
eodem tempore Cassa efficeret. Rex, quo est trinitas
orta. Sicut... salomoni ilico pro tempore peccati
Et tunc Christum plures adversarios suscitavit Deus 3. Regum 1.
perdidimus

Esos -

Hos igitur, ut tales errorum labyrinthos evite-
mus, sanius de divinitate loquamur, multisque modis
has in Christo divinitas, supra investigavimus
tametsi pro eius dignitate nihil mihi dixisse videor
nec Paulus aliter hoc sciret et explicare, quam excla-
mando longitudinem, latitudinem, et nervos, arcana.

Aliqua tamen divinitatis eius praeconia recolam,
quorum radix est, ut cum fuisse Elohim memoria te-
neas, ex quo profunditatem arcani, quomodo ab in-
finito erat apud patrem, in oraculo contemplabis et
qualiter ipse nunc est in patre realiter, sicut antea
erat in eo personaliter. Splendorem faciei eius, quo
totus orbis est illuminandus, supra meminimus, licet
philosophi faciem humanitatis, tanquam alterius ho-

minis nunc esse, in caelo, et obisam considerent.
Sed divinitas in mente trans figuratio et Belli visio
eos confundit, claudunt oculos, ne videant ipsum
in caelo clamantem et dicentem, qui videt me, vi-
det patrem. Haec sola visio, si eam frequentes, de
solium in caelum rapiet, et ab omni errore purgabit.

Aliud divinitatis praeconium quod haec omnia ju-
perat, est, pater in coelestis qui per ipsum solum
videtur, ipse est paterna facies, nec est alia dei
sona nisi Christi, non est alia dei hypo-
stasis, nisi ipse, plusquam per suam metaphysicam

Christus haec lu-
com magni fa-
cit non enim -
erat qualitas
sed naturalis dei
splendor

Non est alia
facies, nec
sona, nec
hypostasis
dei, nisi Chri-
stus.

DE TRINITATE

possit Decorari, ex patris presentia decorat, Christus, ipsi unam portionem, ego totum Dei naturam in eo dico, in eo est tota patris Deitas, in tantum, et angeli hoc admirantur: et non solum est sibi praesentia, sed est fidei data tota die potestas, licet tota Dei natura ipsi nihil horum homini tribulant, ego tamen dico et potestas est ipsum esse Deum et mundi Dominum: longe singularis quam lux in facie apparere possit, est in eius spiritu paterna claritas.

Hanc igitur tam multiplicem Deitatis plenitudinem obscuraret sola illius secundae rei unione contentari, nec hoc fieri potest, nisi de patre filium facias, aut patrem a Christo removeas, nam nihil est in eo quod filius dici possit, nisi ipse pater solus, ergo Christus dicitur filius, et pater est in filio.

Si tibi de radio aliquo in homine loquans, et obicias verba Magistri, scilicet, Pater in me est, pater in me manens, in quorum verborum observatione nemo unquam falli poterit, nec ipsi contra te verba similia ad invicem poterant. Et radii illius mathematici error oritur ex verbo Grammatico non intellecto credunt per Verbum caro factum, patrum illum Christo uniri, tamen aliud est uniri, aliud caro fieri. Item, non dixit Joannes, Verbum caro factum

cum et mentem illorum sed verbum caro fuit, Ver-
 sum caro exstitit, et haec est propriissima significa-
 tio, ὁ λόγος ἁὐτὸ ἐξέτετο ἔφη. Nam illud quod erat
 verbi persona, et nunc ipse Christus. ubi
 nam nos legissimus, verbum caro fuit. sicut ibidem
 dicitur, fuit homo missus a Deo etiam cum est gra-
 ca vox, similiter omnia per ipsum fuerunt, et tunc
 ipse fuit nihil, sicut et Psalmo 32 ipse dixit et fue-
 runt gen. 1. dixit Deus sit lux, et fuit lux Hebrai-
 ca enim vox est, ibi in hac significatione clarissima.
 et Joannis eo verbo usus est, quo Deus in principio
 mundi usus est et pro ἄνθρωπος. ἔφη. quod
 et graeca translatio clare indicat, sicut et pro 227
 posuit λόγος. Antiquiores, hominem Deo mixtum
 dicunt, potius quam unitum, sed etiam si dicas ho-
 minem Deo, seu Deum homini unitum, sive Deita-
 tis rationem Christo unitam, non improbabo,
 hoc tamen non sub filiationis Ratio in solo homine est,
 nec ἰσοότης. ille naturaliter conveniebat τῷ λόγῳ.
 sed in quantum erat hominis calatura, et haec est
 mensirenei, et etiam Tertulliani, qui transitum di-
 cit esse factum de verbo in carnem, et cum hoc
 Deitatis rationem esse homini mixtum et unitum
 quia hoc ipsum est Deus in Christo.

F

ratione, nam hoc

ἰσοότης seu filiationis ratio se

De Trinitate

Elohim, in se
Sona homo, et res ipsa Deus, et dispositio verbum, et Deus
in natura de- erat verbum, et omnis proprietates in ratione verbi
ut, quod per frantioit ad hunc in Deo, et modo
spectuo fene, quo antea verbum erat apud Deum, et cum hoc
menti. res ipsa omnino in homine est unita et mixta

Deus erat in Christo, mundum reconcilians.
Item, considera quid tibi velit dictio, callatura,
et cognosces te a tua mathematica imaginatione
deceptum, nam id ipsum quod erat, erat Chri-
sti callatura. Textus est clarus, qui superioribus
seculis erat in intelligibilis. Zacharia 3. Ego in-
quit, callabo sculpturam eius Hebraice dicitur

הכתיב הכתיב וכו' Id est ecce ego

seu aperiens callaturam seu sculpturam eius sicut fa-
ber lapidem callando et aperiendo imaginem
bricat, significat enim הכתיב quasi lapidem ape-
riendi callare, et latentem figuram seipso delege-
re, et hoc modo absciso de monte lapide dicitur
ta est eius figura, quae antea in caligine latet
concordat Chaldaeus interpret, qui aspectum eius re-
velatum vertit. Sic enim habet Pargum Jonatha
revelo sive aperio visionem eius. Et ut simul dicam
tam lex quam omnes Prophetas, faciem, imaginem

איהוה ייחודו וכו' איהוה איהוה

recon =

reconditum, absconditum, habitaculum, umbraculum, cum historiis et Christi Prophetijs diffusissime miscetur, quia illa, quae omnia, sicut Luc. 24. et Matth. 22. inquit Christus, de ipso in lege et omnibus Prophetis scripta sunt, Spiritus Domini calcavit, ut sub calatura argentea lateat verbum aureum, quod arcano Dei consilio historicis typis occultis quosdam contegit, sicut Christus ipse sub calaturis tegebatur, et hac consideratione seclusa velle prophetias ad Christum aptare, est de se ipse res, in qua re Judari recte nos accusant.

Verbi Hypostasi nihil praesumat, quod vocem Dei esse dixi: nam et Betrus dixit, quod erat Christi praecognitio, qua praecognitus et praecordinatus fuit ante mundi constitutionem, et manifestatus post, 1. Pet. 1. Et hoc ipsum Hieremias cogitationem cordis sui vocat, Cap. 23. et 33. Hypostasi tamen nescient sic aliter, sine distinctione dicere nisi quod Christus, tanquam unus de nobis erat praedestinalus: sed absit à me tanta stulticia: nolunt isti diuini artificij miracula admirari, sed concedere malint Deum non posse ad unam certam rem potius quam ad aliam sine qualitatibus peculiariter respicere expressa et speciali voce est filius à Deo genitus, aequè vere genitus, sicut mundus creatus, immò

Ad tertiam
questionem.

DE TRINISTATE.

Lux et vita
per ipsum
Joan 1.

per illam prolationis efficaciam, per quam eum genuit, per illam eandem mundum creavit, lucem fecit, et regni vitam dedit, non aliter nobis vitam daretur, nisi per filii generationem. Item, visibilem ad instar Christi. se fecit Deus, et eo oraculo mundum gubernabat, erat tunc Christi apud Deum in virtute, in Verbo, et in Persona. Si haec omnia ipsi sicut et Christi conveniant, dicant Sophi =
Haec, se esse Christos predestinatos.

Hanc igitur hypostasim per Verbum, erat, non sicut commendat Joannes, visibilemque, fuisse indicat. Rem enim nobis perceptibilem enarrat, sicut et ipse perceptibiliter intelligebat, nec obstat si Veritas cum revelatione spiritus sancti, ut novisse non spiritus sancti revelatio hominis capacitati est accommodata, alias delusio esset, et non revelatio. Joannes enim homo erat, et eum munem intellectum habebat sicut nos. Saulus etiam videmus et revelationem appellat 2. Cor. 12. Et ita semper dicitur, visio prophetarum, visio Prophetia.

Cogita et considera quid est id quod intellectus Joannis se se representabat, quum enarrare coepit, nam id solum quod percipimus, fuisse dicitur si rem gestam narremus, et sic oraculi effigies erat in

intellectu Joannis, ideo serbat nomen illud, recte di-
xit, quod ad antiquioribus serbata, ideo vocari coe-
pit, quia personata faciet. Et articulus grecus hic ali-
quid iuabat, quasi ad oculum demonstrans, similisq;
Aebraice addi solet articulus, in principio erat ille
sermo, illud oraculum, erige oculos et vide

Expende hic
quosum se
sona vocari
cepit.

Hec ad similes est ratio de Spiritu sancto, nam qui
Spiritum in se esse sentit, ita articulate de eo loqui-
tur, quasi digito demonstrare volens, sed philoso-
phis haec res est ignota, est tamen summe admiran-
da dispositionum Dei efficacia, ut ita sensibilis rei
probe ferant hypostasim. Et distincte loquitur scri-
ptura, de his quae distincte percipiuntur capacita-
tem nostram, seu modos percipiendi, potius quam
philosophias attendit. Sed nos in sanisq; ab ea qua
ita familiariter se nobis accommodat, erutiari nolen-
tes, tentare et probare nos ipsos iubet, an Spiritum in
nobis percipiamus, potius quam inquirere quae res
sit, aut cuius natura, nam saepe testatur sum nunquam
in scriptura de natura agit.

ille ipse quem
ante oculos
videt Spiri-
tum ad inha-
erentiam.

Iterum Considera, si tu esses Joannes, filius Ze-
bedaei, non philosophus, si rei quam non vides so-
cum audires, vocis concepta seruato, post enarra-
tus diceret, vox illa erat talis et taliter se habe-
bat. Ergo multo fortius de verbo visibili et sub-

DE TERTIA

istentiam habente illud, dici potuit Hæc est ora-
culi hypostasis quam Joannes et antiquiores eius Di-
scipuli p̄ essentiam verbum commentantur, erat enim
ibi substantia, de per se perceptibilis et lucida ap-
prehensio illius personæ, cuius claritatem ut Joan-
nes inquit, tenebræ non apprehenderunt, immo ni-
hil aliud nisi oraculum illud subsistere videbat,
ideo de solo dicit, erat.

De tertia illa Hanc eandem hypostasin p̄ verbum jah, no-
re nunquam his commendat David, loquens de Elohim Cri-
dicit, erat. No jubet eum laudare in nomine ejus quod est 17.
id est existens substantia hypostasis exaltate in-
quit, equitatem p̄ in habitabilia in jah nomine eius
Ezal. 64. Similiter Ezal. non de Christo lo-
quens dicit, quod populus qui creabitur laudabit
jah, id est, existentem illum, qui est, Christum
sicut ipse dicit, Ego sum Moyses etiam in Carthago-
eum vocat Jehovah, jah, El et Elohim, exoti et
quia ipse dicit, jah, pater dicit, Jehovah id est,
existentem essentialiter, seu Christum esse fa-
ciat. Eandem sui ipsius hypostasin commendat ipse
met Elohim Christus, Exod. 3. dicens -
Ego qui ero. Et post carnem Christi ipse
dicebat se esse, et à principio esse, quia pater cum
jah, id est, hypostasin jam ab initio esse facit. et

Psal 54. Christus dicitur $\square \cdot \gamma \cdot \rho \cdot 2 \cdot \upsilon \cdot \gamma$. id
 est, residens ab antiquo, sive manens ab initio. Mira-
 biliter ergo Joannes a Magistro edoctus dixit, erat,
 cum Christus olim dixerit, ego et Sacer dixerit,
 existens. Et iterum Magister, à principio sum, et in
 Apocalypsi, qui erat, qui est, qui venturus est.

Et vide Diabolici Spiritus percutiam, à quo tamen
 veritas laudatur. Simon Magus, ut in Christi prædi-
 catione confusionem poneret, stantem se vocari fa-
 ciebat, et se ab initio stantem dicebat, et illi non cre-
 dentes, nec Christo crederent. Quam ad instar Chri-
 sti dicebat, se esse illum qui in monte Sinai legem
 Moyse dederat: de Christo enim hæc omnia verissi-
 me dicuntur.

Rebus igitur, secundum hanc considerationem
 se habentibus, cogita tu, si Evangelicum à Johanne
 novum esset scriptum, nulla unquam in summo de
 Trinitate mentione habita, sed circa solam Christi
 personarum orta quaestione, atque Ebione et Cherintore-
 nascentibus, an posses aptioribus verbis rem expli-
 care. Nec credo intrare posse intellectum rationis
 capacem, ut res tanta possit paucis melius enarrari,
 et tam conformiter ad omnes alias, tam veteris quam
 novi Testamenti scripturas. Ego enim eo ipso quod
 oculos erigo, video Joannis visione oraculum illud ab 3

DE TRINITATE.

atque veniens, video Jesum Christum,
in nubibus caeli, speculatore Daniele venientem in
quadriga, Ezechielis et inter myrtae Zachariae
equitatum, et in solio Etiae sedentem. Et cum hoc
fuerit rationis divinae artificium, eorum dicere fuisse

Nota quod dicta
rationes pro
bant fuisse lo-
gen.

loquor. Nec aliter hoc melius explicare possum
quam dicendo, erat, eorum de causa veniens à verbi
Joannis nunquam recedens, etiam si re ipsa loquor
patre non distinguit, tamen hanc verbi hysteresin
nunquam non verificat, distincto illo modo loquen-
di semper utens, et cum hoc scopum semper in Ori-
sto fixum habebat, quem si tu similiter fixum ha-
bens, longe plura de verbo illo seu oraculo emice-
des, dummodo quando de filio fuerit mentio beati
Christo non disertas, nam verbum illud caro ex-
sit, ego ipse qui loquebar ecce ad sum, et oculo ad

Esai. 52. oculum videbant, quis vel coecus hoc non videt? Ego
ipse, ille ipse, quem oculis cernit et manibus tangit
divina illa effigies est, nunc corpus, erat hoc ipsum
quod deus et nunc est hoc ipsum quod homo et ~~manet~~
manet deus et in deo sicut antea. Erat antea ra-
tionis divina quaedam descriptio, ideo loquor, nunc
autem similis nostri homo formatus, divina illa for-
ma in homine relucens, quasi carnem induit, licet
sit hoc ipsum quod homo divinitati immixtus.

Similiter, si Ignatium Joannis Evangelista discipulum legas, eandem sicut in prelo phrasim reperies, quam obsecro serua, nec ab antiqua traditione in puncto recedas, et ex hoc omnes nostri seculi ad inuentiones, blasphemias, et nugas facile reuertis.

Res longe facilius euadet, si Hebraismos hic non negligamus, Postquam Joannes Hebraeus erat omne enim quod est qualecunque sit, et cuiuscunque negotij actio Hebraeis uerbum dicitur, et in hoc sensu uerbum de futuro Christo iam ab initio erat apud Deum quia iam de eo in secretis tractabat, et Hebraei dum negotium habent, dicunt, uerbum est mihi ad te: et misit uerbum suum, quanto locutus est ut aliquid alicubi fieret, et egrediebatur uerbum a facie regis, adducam uerbum meum, ueniet uerbum tuum, quando ueniet id quod dixisti. Elita dicebat Mattheo ad angelum, quando ueniet uerbum tuum, et cum uenerit uerbum tuum, scilicet, quod de Simone dixisti, Judi. 19. et 2. Reg. 18. Donec ueniat uerbum a uobis et nuncietis mihi, et cum uenerit uerbum Prophetae, Hiero. 28. Et in hoc sensu ueniet uerbum quod iam ab initio erat apud Deum, donec eo uerbenit res, ut arcanum manifestaretur, et uerbum caro existeret, et sic isti Hebraismi non parum nobis conducunt Hypothesi uerbi, ut dixi, nihil praesju-

B. S.

PETRI VERBUM.

Petrus in Evangelio dicitur et in Actibus et in Epistola
 dicentibus. Simili Hebraismo verificatur quod dico =
 bant pastores, videamus verbum hoc quot factum
 est. Luca 2. Et vobis missum est verbum salutis hu-
 ius, Acto. 13. Et verbum per Evangelium ad multa
 sum, 1. Pet. 1. Et posuit in nobis verbum reconcilia-
 tionis, 2. Cor. 5. Sed his quae à nostris instituta magis
 distant omissis, capiamus alia quae magis ad propo-
 situm faciunt, et est exemplum quod ad hanc verbi
 Christi figuram manifeste pertinet, Bial. 106.
 ubi languentibus Israelitis in deserto, dicit, Misit
 verbum suum et sanavit eos. Et Ps. 104. Joseph
 missus à Deo in Aegyptum ferebat, in compedi-
 bus, donec venit verbum eius. Et Esa. 9. verbum mi-
 sit Dominus in Jacob, quia locutus est conversionem de-
 cem tribuum. Et Hiero. 23. Transactis in Babel sep-
 tuaginta annis, suscitabo verbum meum. Et idem
 verbum post de Christo suscitavit Cap. 33. Si-
 milita Sapientia 18. dicit, omnipotens sermo tu-
 us, exiens de coelo, quia locutus est ut mediantem
 primogeniti niter fierent. Hic enim egressus est
 interpretatio eius, quod diceret Dominus, Egre-
 diar in medio Aegypti. Supra enim nobis declara-
 vit Petrus, Christum horum omnium fuisse
 auctorem, nam oraculo suo דבר egredietur,
 et ita Chaldaica translatio per Verbi nomen lapsa
 me

me talia interpretatz. vides ergo, quod phrasit
huiusmodi sancta, in qua sunt haec omnia mysteria fun-
data, nos cogit, ut propter divinam actionem et di-
positionem dicamus, certum erat, veniebat, et mit-
tebat: nam Christus ea omnia operatus est,
et oraculum illud inquit ad eos interficiendos et sal-
vandos, sicut post ad nos salvandos sui manifestatio-
ne venit.

Si quid aliud notis sensu hic addere velimus, non
poterimus, nisi errare, et finaliter erit verbalis pug-
na, ista enim dua regulae sunt infallibiles. Prima, quod
naturam Dei dividere non possumus: secunda, id est
natura accidit dispositio, est ex hoc quod *et* rem
significat, plures res aliqui concludunt: sed illa ver-
bi significatio ad aliud tendit, quod enim dicitur
Deus facere verbum bonum, verbum malum, He-
braeus est, qui non vocat mysterio, sed verbi cau-
salitatem notat. Sicut non verbum, eis tantum signifi-
cat sicut nihil, quia Deus tunc non est locutus, et
Propheta, quando rem aliquam futuram prophe-
tant addere solent, quia Dominus locutus est, in di-
cant enim verbum Dei ad omnem rem, ad omnem
actionem pertinere, quia ipse dicit, et fiunt, et in-
hil fit nisi ipse loquatur: non tamen quod datur, sit
absoluta rei significatio.

Mala in Chri-
stianismo ve-
niant, quia do-
minus loqui-
tur.

DE TRINITATE.

In Summa, consideratis divinum propositum, ac si mundus esset studio creandus, et per quem modum deus id facere decrevit, et ex hoc intelligitur eius aeternitatem, tam in creatione mundi, quam in datione legis, quae omnia tendunt ad gloriam Christi. Omnia ortum habent ex Christi in Deo personali existentia, nam Christus est Ego, Rex noster, qui iam ab initio operatur salutes in medio terra. Gen. 1. sicut et de eodem iuxta Apostolum dicitur, Tum initio terram fundasti, ipse est cuius vox concussit coelum et terram, Hebr. 12. et Gen. 1. Isle, quem ascendente vidimus in coelum, est ille ipse qui prius descenderat, Ephe. 4. ille idem in Apocalypsi et in Esaias dixit, Ego primus ego novissimus. Ipse est ille invisibilis deus, qui creavit mundum, et apparuit Abraham, Isaac et Jacob. Ipse est deus legis et Prophetarum: Et cum hoc oblatione concedimus, quod deus legis et Prophetarum est pater Iesu Christi, quod videtur contradictione. Ex qua Apostolorum doctrina male intellecta, quidam de antiquis Aeticis dixerunt, quod supra illum deum qui creavit mundum, erat alius invisibilis deus: isti enim sacramentum Christi somniabant, non intelligebant sine contradictione fieri posse, quod hoc ipsum oraculum erat apud deum et

et erat ipse Deus: et q. licet Deus erat illud oracu-
 lum, tamen oraculum, et non ipso Deus caro exhi-
 bit, mirabiles contrarietates hic dissolvit spiritali pro-
 fundissima Joannis verba, non modo universam le-
 gem de Jehouah et Elohim declarant. Sed omnes
 etiam haereses tollunt: loquor de antiquis haeresibus
 quae veritati erant propinquiores, nam graecorum
 Stultitia post exorta, nihil doctrinae Joannis appro-
 pinquant, sed in sensatos decem philosophos.

Natura et pro-
 sona, est enim
 Hypostasis
 ipsa, seu per-
 sona caro fa-
 cta: Sed res
 ipsa nequa q.
 et haec est pa-
 tri passiana
 fallacia

Finaliter praesim et modum perveniendi ad Chri-
 stum, tibi ante oculos describo, ut videntes ipsum vi-
 deas patrem. Praemittendum primo Deum esse
 omnibus modis incomprehensibilem in imaginabi-
 lem, nec Deo ipso noticiam formare sufficiens, nisi
 ille sub specie aliqua nostrae capacitati perceptibili-
 se nobis accommodet: et hoc nobis indicat Magi-
 ster Joannis quinto.

Secundo, ille ex mera voluntatis sua placit-
 is, se magis manifestare decrevit per oraculum su-
 um, ac si ego vocem meam inter eos qui me non si-
 dent, audiri facerem, et ita fuit tempore legis omni
 populo manifestatus.

Tertio, per oraculum suum se Prophetis ex pres-
 sius manifestavit, caliginose tamen sub specie cuius-
 dam exemplaris, ac cuius similitudinem formatus est

DE TRINITATE.

Adam, quia in eius oraculo relucebat prototypus
imago illa, seu prima mundi figura Christus.

Quarto, nobis sine caligine et lucide manifesta-
tum ex supradictis quere, nam oraculum illius caro
exstitit, et vidimus eum.

De Christi p-
sona erat tunc
orta questio-
nes.

Ex his duae quaestiones oriri videntur, scilicet q
Deus erat corpus, aut quod Christus sit Phan-
tasma, quarum utrunq; tollit Joannes. Nota tamen
antiquarum haeresum imaginationes super hac diffini-
tiva, quam clare veritatem nos docuit: nomen ve-
nerat Trinitas in memoriam hominum, a tempore
Arrianorum philosophorum est clausa veritatis in-
vestiganda via.

Joannes igitur, nequis corporales formas in Deo
imaginaret, declaravit hoc fuisse logos, id est, quod
in ipsa Dei ratione consistebat dispositio sacramen-
ti huius, qualiter cumq; enim se Deus personasset, ne-
cessario debuit esse logos.

Secundo, ut phantasma tolleret carnem, nominavit
dicens, quod nomen illius caro exstitit, et vidi-
mus eum, et dedit nobis nuntium ut cognoscamus
ipsum et patrem. per ipsum, cui gloria et
Imperium in aeternum Amen, Amen
sine fine semper Selah

Finit.